

Bull...
D I D A C I
C O V A R R V V I A S

A L E Y V A T O L E T A N I,
E P I S C O P I S E G O B I E N S I S,

P H I L I P P I S E C V N D I H I S P A N I A R V M R E G I S,

S V M M O P R A E F E C T I P R A E T O R I O,
o m n i u m o p e r u m,

T O M V S S E C V N D V S



Bull...
Ca...
del Colegio...
del Illmo...
de Lin...

L V G D V N I.

Ex Officina Iunctarum. M. D. XCIII.



Handwritten signature or text on the left margin.

OMNIVM QVÆ IN HOC SECVNDO

Tomo continentur, Operum, Partium, Caputum, Paragraphorum, admodum breves summæ, & primùm ex Tituli, de testamentis interpretatione hæ colliguntur.



P R I M A Rubricæ pars differit de vera dictione, testamentum, etymologia, & definitione, ad uerbum Accus. Paul. Castrensis & alios auctores deque scriptura, cui nouum, & uetus testamentum dicantur. pag. 1.

Secunda Rubricæ pars. De iis, que accidunt testamentis, & de eius solemnitate, quis possit, aut non possit testari, & de aliqua de primogenitiis, & donationibus, cui intellectus quorundam legum in istam Regi, quâ civilis pag. 3.

Tertia rubricæ pars. De multiplici donationum differentia, de singulisque eius speciebus, cui, à quo & quo pacto fieri debeant donationes, & nonnulla circa intellectum quorundam legum Regiam, & Civilium. pag. 14.

Caput primum. De Episcoporum, & clericorum patrimonio, & de redditibus in iure Ecclesiarum quaesitis, & quibus de rebus liberè testari possint, mutuaque de consecratione inuentarij, & de monachorum bonis monasterio quaesitis pag. 21.

Caput Secundum. De beneficiis regularibus, & secularibus, quibus ea sint conferenda de testamentis monachorum ante profissionem effectibus, & denique de voto religionis, & eius obligatione. pag. 26.

Caput Tertium. De executione ultimarum voluntatum, & intra quod tempus exequi debent, & cui competat talis executio: & de legatis quibusdam prius. pag. 29.

Caput. Indicantur. De intellectu quorundam uerborum textus: de legatis dubiè relictis, & cuius sit electio in legatis, aut cuius sit inquirendus impensa seruus legatus fugiens. pag. 32.

Caput. Filius noster. De rebus alienis legatis, aut in quibus testator aliquid in eis habebat, & de ipsius capitis intellectu pag. 33.

Caput. Si heredes. Ad quem pertinet cura, ut ultimæ defunctorum voluntates executioni tradantur, & legata pia soluantur, & de pena heredi negligenti exequi testatoris uoluntate. pag. 35.

Caput. Cum in officio. Beneficentiam redditus, an sint restituendi si ultra sumptum necessarium in prophanos usus expendantur, & an de eis liberè, aut licentia Papæ testari possint & de consuetudine vniuersalis Ecclesie hoc permittente pag. 37.

Caput. Ad hæc. Vera, & communis ratio huius decisionis. pag. 42.

Caput. Quia nos. De clericis sui familias peculio, & an prima tonsura in ordo, & an sacerdotium liberet quem à patria potestate, & de clericis, & militibus testamento. ibid.

Caput. Cum esset. De solemnitate testamentorum, & quot testes in re Canonico. Civili, & regio sint in eis necessarii, & de legatis in minus solenni testamento relictis pag. 43.

Caput. Relatum 1. Quæ solemnitas indicat in testamentis ad pias causas factis, & de legatis prius in eis contentis quando debeantur, & à quo peti possunt. pag. 46.

Caput. Relatum 2. Bonorum appellatione an uolant iura, & ad hoc, & de bonis qualitas per clericum, uel Episcopum occasione Ecclesie, cui sint restituenda pag. 50.

Caput. Cum tibi. De captatoris uoluntatibus, & utrum testamentum possit fieri nuda, aut committi in alterius uoluntatem, ac de institutione incerta pauperum, & intellectu quorundam civilium, & Regiam legum pag. 52.

Caput. Officij. De quarta portione Episcopo debita, & de compensatione legatorum, & quando ea fieri possit, discutit etiam intellectum multorum sursum. pag. 55.

Caput. Requitit. Quando cesset distinctio nominis proprii ab appellatione, ut actus realis, uel personalis iudicetur, & utrum iuramentum alicui præstitum, & compromissum ab Episcopo factum transeat ad eorum successores pag. 58.

Caput. Raymuntus. Qui possint dicere testem nulli, deque fuitatis, & emancipationis differentia, agit etiam de filiorum exhereditatione, ac de legitimis talis exhereditationis causis. pag. 60.

§ Primus. An filius sit necessarius hæres instituentis, ac de clausula codicillari, & uerbo, relinquo, & quando portio legitima augmentum recipiat, deque institutum re certa. pag. 64.

§ Secundus. Proponit sex, uel septem institutionum differentias, & eorum explanationem. pag. 66.

§ Tertius. De his, qui sunt sub conditione institui, & de intellectu. I Galus pag. 67.

§ Quartus. Quid sit substitutio, & quare hoc nomen habeat: de distinctione substitutionis directæ ab obliqua, & de uulgaris substitutionis definitione, conceptione, & effectu. pag. 69.

§ Quintus. Eadem explicat de pupillari substitutione, quod quartus præcedens de uulgaris. pag. 70.

§ Sextus. De exemplari substitutione idem nos docet. pag. 74.

§ Septimus. De reciproca substitutione, & eius effectu. pag. 76.

§ Octauus. Quæ substitutiones inducant, & operentur reciproca, & fideicommissariam substitutionem. pag. 77.

§ Nonus. De compendiosa substitutione, & de eius effectu. pag. 79.

§ Decimus. Legatum quibus uerbis olim fieri solebat, & de uerbo, Lego, & etiam quæ actione legatum, fideicommissum, & hæreditas petantur. pag. 83.

§ Undecimus. De iudice appellationis, & de possessore olim, & nunc possidente nonnulla disputat, nonnulla etiam circa portionem Trebellianicam. pag. 86.

Caput. Tua nobis. Religiosi, formata, & minor uiginti quinque annis, maior uero decem, & septem annis possint esse executores uel marum uoluntatum, & alia circa testatoris uoluntatem. pag. 89.

Caput. Rainaldus. De conditione, si sine liberis, & de prohibitione alienationis late disputat. pag. 90.

§ Primus. Quando transeat dominium rei legatæ in legatarium, & de fideicommissis conditionalibus, & puris, de iure accretionis, de uerbo, Lego, de poena adiecta in testamento, & qualiter conciliatur ad legatum libellus, cui fuit addita poena. pag. 93.

§ Secundus. De liti contestatione in causa appellationis, & utrum filius possit exheredari, aut eius legitime imponi gramen, si ipse consentium præstiterit, & de aliis circa legitimam. pag. 95.

§ Tertius. Legitima Trebellianica Falcidia, & impensa funeris ex quo sint detrahenda, & hæreditate non adita, quæ debeantur, ac de repudiatione legati in alterius præiudicium. pag. 97.

Caput. Ioannes. De ultimatum uoluntatum executore. pag. 102.

Caput. Vitimum. De exequijs defunctorum, & quid sit fabrica, & de quarta portione Ecclesie parochialis debita. pag. 103.

Rubrica, de incessionibus ab intestato, non indiget compendio, nam titulus ipse sui ipsius est summa pag. 104.

FINIS.

EX EPITOME IN LIBRVM

Quartum Decretalium.

Prima pars agit de sponsalibus.



Q A P V T primum eiusdem primæ partis, de sponsalium nomine, & de institutione. pag. 108.
Cap. Secundum. De ætate ad sponsalia regita. pag. 110.
Caput Tertium. Quibus uerbis sponsalia contrahantur pag. ibidem.
Caput Quartum. De sponsalium effectu, & & uinculo. pag. 111.

§ Primus. Qualiter sponsalia matrimonium efficiantur ex consensu, & de iuramento præsumptio. pag. 113.

§ Secundus. Qualiter sponsalia transeat in matrimonium ex traditione sponsæ ad domum, uel p oscula, amplexus, & similia signa. pag. 116.

Caput Quintum. Quibus modis sponsalia soluantur. pag. 117.

§ Primus. Quo pacto sponsalia contracta ab impuberibus, uel à pubere, & impubere dissoluantur. pag. 119.

Secunda Pars tractat de matrimonio.

Caput Primum. eadem partis de matrimonio definitione. pag. 120.

§ Vnicus. An matrimonium sit sacramentum. pag. 121.

Caput Secundum. An consensus sit ad matrimonium necessarius. pag. 122.

Caput Tertium. Qualis consensus sit ad matrimonium necessarius ubi etiam tractantur de consensu conditionali. pag. 123.

§ Primus. De conditionibus adiectis contra substantiâ uigili. pag. 125.

§ Secundus. De conditionibus turpibus, & impossibilibus matrimoniali contractu appositis. pag. 128.

§ Tertius. De conditione aliquid dandi. pag. 130.

§ Quartus. De matrimonio per metum contracto. pag. 131.

§ Quintus. Eandem questionem de metu prosequitur. pag. 133.

§ Sextus. Qualiter metus illatus tollat, ac liber consensus maneat. pag. 135.

§ Septimus. De errore in contractu coniugali contingente, & de poena in sponsalium contractu apposita. pag. 136.

§ Octauus. An in matrimonio sit parum consensus exigendus. pag. 138.

§ Nonus.



DIDACI COVARRUVIAS ALEYVA TOLETANI, EPISCOPI SEGOVIENSIS.

DVM IN INSIGNI DEI MAXIMI SALVATORIS
Collegio Salmanticæ iura Pontificia,

In publico munere profiteretur,

In titulum de Testamentis interpretatio.

Ex prima Rubric. Parte.

S Y M M A R I U M.

- 1 Vera dictionis, testamentum, etymologia.
- 2 Defenditur Iustinianus à calumnia Valle.
- 3 Testamenti definitio ex Vlpiano.
- 4 Eadem definitio integra elicuitur adversus Accursium, & Paulum Castrensem.
- 5 In ista sententia qualiter in definitione intelligatur.
- 6 Testamentum Græca lingua, quam dictionem habeat? & quid Græcè, & Latine significet.
- 7 Sacra scriptura cur novum, & vetus Testamentum dicatur.

Prima Rubricæ Pars.



Nihil est, optime Lector, quod nodosos, atque perplexos Iuris utriusque locos tractanti sit ipsius discernendæ rei cognitione conducibilis, præstantiusque cum ob faciliem, expeditam, & seipsum qualiter in dubitatione offerentem simplicitatem, tum ob legentis continuam, eandemque benevolentiam in hæc libris evolvendis operam minimè poenitendam.

Hinc etenim Iurisconsulti quoties rem difficilem aggrediuntur, eandem ab etymologia, & definitione auspicantur: in quo video non ita passim Iuris Pontifici conditores hanc diligentiam nobis exhibere. Vnde fit, ut potissima laboris pars in ipsis explicandis præjudiciis frequentissimè contingat. Qua ratione de Testamenti actibus, ipsius dictionis notitiam à Iurisconsultis quam libentissimè petam. Siquidem Iustinianus Testamentum sibi ideo dictum fuisse existimat, quod testatio mentis sit facta: ipse asserit in princ. Inst. de testa. ubi Accursi, & alij hanc esse dictionis etymologiam apertissimè fatentur, Seruilius Sulpitium Iurisconsultum sequenti, qui lib. de testa. 2. testamentum duplex esse verbum, scripserit: compositum inquam à mentis contestatione. Cui tamen Anus lib. 6. Gellius lib. 6. c. 12. & Lauren. Vallæ, Latine linguæ accerrimus asserit lib. Eleg. 6. c. 36. omnino refragantur deductionem hanc deridentes: cum non magis à mente dicatur testamentum, quam calciamentum, salamentum, & ornamentum, quibus consentit Catellianus Corta in memoriali. dictione, testamentum. Vnum si etymologiam quam Cicero veriloquium appellat, spectemus, planum est, non rectè à Sulpitio nomen hoc deductum fuisse: idcirco à vero abhorret dictionem hanc duplicè esse. Est enim simplex eaque à testator deriuata, ac testamen sit, & t, & syllabam assumit, diciturque testamē-

tū, & vestimen, vestimentū, velamen, velamentū, nutrimē, nutrimentū, regimen, regimenrū: qua dictione utitur Iurisconsultus in l. 1. ff. de offic. præfect. præ. Testamētū ergo dicitur quasi ultimæ voluntatis testimonium. Hinc Vlpianus in l. qui testamēto, §. fin. ff. eo. scribit. Et veteres putauerūt eos, qui pp. solēnia testamenti ad habeantur, durare debere, donec suprema cōtestatio peragatur. Quò fit ut testari sit etiā testamētū facere: cū testari sit propriè testis nominare, & vocare: quasi testator iudicio ordinato sit solus dicere. Testes estote huius ultimæ voluntatis. Potest etiā testari in hoc sensu intelligi: pro denunciare, ac palū facere, illū esse propriā ipsius testatoris voluntatē. Quòd si nō tam etymū inspiciamus, quam vocis similitudinē, quā Fabius tractat lib. 9. c. 3. no abhorrens erit huius nominis appellatio, q̄ mētis contestatio sit: q̄ & ipse Gellius animaduertit: idq̄ probat Iustinianū ab hoc crimine defendēs Alcia lib. 4. de verb. signi. & in l. tabernæ. ff. eo. tit. Clau. Cantab. in prin. Inst. de testa. potissimū etenim in testamētis dominatur mens. Sic possessio dicitur quasi pedū positio Labeoni, & Paulo in l. 1. ff. de acq. posses. in princ. cū Celtis dicat in l. quod meo. §. si veditores. ff. de acqu. posse. si vicinū mihi sūm dū mercatū venditor ex mea turte demonstrat, vacuamq̄ possessionē se tradere dicat, nō minus possidere corpū quasi pedē finibus immisit. Tamen Alcia nō à pedibus, sed à sedū positione deduci possessionem existimat, lib. 1. dispunct. c. 1. Sic nō etymologiam, sed vocis similitudinē attendens dixit Trebat. lib. 2. de religionib. sacellum quasi sacram cellam denominari: cum sacellum sit diminutivum sacro. Nec deest ob id Iurisconsultos calumniosè insectari: cum & veteres Latine linguæ diligentissimi censores in his derivationibus, & etymologis huserint: quandoque à vera nominis deductione longè discedentes.

Potest etiam non incongruè dici Iustinianum in hac etymologia testamenti, solam testationem considerasse, adiectionemque mentis, ad maiorem expressionem sicuti in explicando notationis etymo Vlpia. adiecit obligationem dicētis in l. 1. ff. de testat. notationem deduci quasi à noua obligatione. Idem fit in donatione: Donatio, inquit Paulin. l. Senarius. §. donatio. ff. de donat. caus. mor. dicta est à dono: quasi doni datio: vbi cum à solo dono donatio dicatur, additur ad declarationem maiorem quasi doni datio: sic ergo dicitur à testatum testatio, & à sola testatione testamētum, adiecta tamen vox mentis est: nec temere: nā & Theodosius in nouellis tit. 7. illud, inquit, propriè testamētū est, quod testatoris mentem obtinet voluntatem: atque ita Viglius hanc Iustiniani deductionem ruratur.

Definitio vero testamenti ab Vlpiano traditur in l. 1. ff. cod. dicente, testamentum sibi est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult. Dixi autem testamentum esse voluntatis sententiam: loco generis: nam præter testamentum plures actus dici possunt sententiæ voluntatis: atque intelligere oportet definitionem de voluntate regere: Couar. de Testamen. A intelligitur.